In baptismo dñi notatur ipi' hu militas z nostra vtilitas. Ip̄suis humilitas notatur in q̄tuor. Pri mo qz venit iesus. s. dator salutis z non in digens salutem. Secūdo. qz in iordanez vbi creator elementoz. subiecit se humil elemēto. i. aque. Tercio qz ad iohannem scz dñs ad seruū. rex ad scutiferū. sol ad luciferū. Quarto qz venit vt baptizaretur ab eo scz fons a riuo. plenitudo a stilla auctor baptisimi a baptisimi mīstro. Utilitas nra notatur in q̄tuor que circa christū bap tisatū euenerūt. Primum qz christus conse stit qñ baptizatus fuit ascendit de aquas p quod notat in nobis gr̄e infusio. Do/ mo enim p baptismū liberatus a culpa as cendit ad virtutes. Secūdū apertū est cel/ luz. per qd̄ notatur homis post baptismū decedentis euolatio. Tercū descendit spūs sanctus corporalī specie: sicut columba in ip̄m: p qd̄ notatur qz baptismus facit bo minē spiritus sancti templum. Quartū vo

Liber quartus

patris facta est. Sic est filius meus dilectus. In quo notat, quod per baptismum de filio ire fit filius gratie. In baptismo christi notantur substantialia baptismi nostri. scilicet baptizans baptizandus, materia forma et intentio. Baptizans fuit iohannes in quo nobis ministri sanctitas designat. Baptizatus fuit christus, scilicet nostrum baptismum consecrans. Beda. Quia contactu sue sanctissime carnis vim regeneratiuam dedit aquis. Materia fuit aqua magis conueniens et communis ceteris liquoribus ad baptismum nostrum existens. Forma notat per testimonium trinitatis. Fuit ei pater in voce, filius in carne, spiritus sanctus in columba. Intentio sequitur formam. Voces enim ut ait philosophus note sunt earum que sunt in anima passionum. Per voces patris que audita est in baptismo christi notantur quinque dignitates et excellentie eiusdem domini christi. Cum enim dicitur. Sic est: commendatur christus a vera essentia, quia solus deus verum habet esse. Omne enim esse a forma est, deus autem est forma sine materia, ut boecius dicit. Cum dicitur filius: id est christus commendatur a similitudine patris conuenientia, ex eo namque dicitur filius, quod sit ut ille propter quod filius dicitur imago patris potius quam spiritus sanctus: propter rationem quam supra habes in primo. Et dicitur meus commendat a substantia indrinita dicitur enim meus, id est mihi substantialis. Cum dicitur dilectus commendatur ab amoris benivolentia. Iohannes. Pater diligit filium: et omnia que habet dedit in manus eius. Cum autem dicitur, in quo mihi bene coplacui: commendatur a speciali coplacentia. Sed nota quod placitum est quod etiam voluit. Unde complacui, id est spiritus sanctus in filio secundum naturam assumptam quiescit.

De plenitudine gratie christi Capitulū XIII

Post hoc considerandum est verbum incarnatum quo appropinquatur plenitudine carnalium que sunt plenitudo gratie in affectu, et plenitudo sapientie in intellectu: ac plenitudo meriti in opere: et effectu. Circa primum tenendum est quod in christo a sui conceptione fuit plenitudo gratie quantum ad gratiam singularis persone, et quantum ad gratiam capitis, et quantum ad gratiam unionis. Et hec triplex gratia est eadem in essentia, sed distincta effectu. Gratia enim persone singularis est

gratia habitualis, quam habuit christus plenissime et perfectissime: excepta fide et spe, quas virtutes non habuit: sed illud quod eis in patria succedit, quia fidei succedet cognitio. Spei vero succedet prebentio rei. Secundum autem quod predicta gratia persone singularis exuberat in christo: ita quod influit in membra corporis sui mystici sensum et motum spiritalem secundum fontalem plenitudinem omnis gratie in ipso habitantis. Dicitur gratia capitis. Unde nota quod christus secundum utramque naturam dicitur caput ecclesie, quod non solum in quantum deus: sed etiam in quantum homo influit sensum et motum spiritus et gratie in omnes qui adherent ei per fidem rectam, vel per fidei sacramentum. Sed in quantum deus influit talem gratiam auctoritate in quantum homo influit eam per modum meriti. Et illud meritum quod non solum est congruo: sed etiam est condigno meruit multis gratiam, hoc habuit ex unione ad verbum. Ex predictis collige quod christus in quantum homo dicitur caput ecclesie triplici ratione. Primo propter influentiam gratie sicut dictum est. Secundo propter conformitatem nature quas habet caput ad membra, quod licet christus ex cellat membra sua quantum ad diuinitatem tamen conformis est illis in natura humanitatis. Tercio dicitur caput metaphoricè, quod sicut corpus verum christi constat ex purissimis membris: ita corpus eius mysticum ex puris fidelibus. Nam de plenitudine eius accipiunt omnes beneficia gratie et spiritus qui ad eum accedunt, vel per fides rectam vel per fidei sacramentum. Alia ratio est, christus secundum quod homo dicitur caput, scilicet propter nature conformitatem quam caput habet ad totum corpus. Nam sicut corpus christi naturale constat ex purissimis membris, ita corpus eius mysticum ex puris fidelibus. Preterea secundum quod eadem gratia persone singularis habitauit naturam humanam christi ad unionem verbi ut videlicet digna esset uniri tante celsitudini vocat gratia unionis per quam ipse christus non tantum felicitate glorie, verum etiam adoratioe patrie dignus fuit. Verum est secundum quod est constructio transitiva, ut sit sensus Gratia unionis id est unio humanæ nature ad diuinam que gratis et sine meritis data est humanitati christi. Sic differt gratia unionis a gratia personalis et a gratia capitis

Libert quartus

tis sicut vnio differt a gratia habituali. ppter quod dicitur in ioban. qd spūs sanctus est ei datus non ad mensurā. Quod dupl'r exponitur. Primo sic. non ad mensuram. id est totaliter et non particulariter. qz quicquid potuit ei deus de spū sancto dare dedit ei. Secūdo sic ad mensuram. i. sup oēs pporcionem respectu alioz hominū. De h' qd dicit Joban. Pleni gratia et veritate. Nota qd multiplex distinguitur plenitudo. Prima est sufficientie: que in quolibet isto reperit. Secūda est copie: qd fuit in aplis Actu. ij. Repleti sūt oēs spi. rē. Hec fuit et in stephano ibidē. Stephanus pleni gratia et forti. rē. Tercia est vniuersitatis que est in ecclesia: cui nullū donū deest. Quarta excellentie que fuit in beata virgine. que omnes scōs in gratia excedebat. Ecclesial. xxiij. In me omnis gratia vie et veritatis. Luce. Que grā ple. Quinta superfluentie. qd fuit in christo. Joban. Pleni gratia et ve. Circa innocentiam christi hoc dicendū est: qd habuit immunitatem oīs culpe. et qd ad actum et quātum ad posse. qz nō peccauit nec peccare potuit. nec a patre peccatū originale traxit. qz patre carnalē nō habuit: nec a matre peccatū traxit: quam spūssā/ctus a fomite totaliter liberavit.

De plenitudine sapientie. Ca. XIII

Sicut in christo fuit omnis plenitudo gratie: ita et omnis plenitudo sapientie: nō solū ad cognita. verū etiā quātū ad modos et differentias cognoscendū. qui sunt quinque. Primus est cognitio scēpiternalis ex parte diuinitatis. et hoc modo cognoscit omnia simul. scz finita ac infinita. qz apud deū omnis infinitas est finita. Deus enī videt multa vno. i. se ipso. Unde non differunt ibi quod videt. et per quod videt. qz videt se per se. et in se. videt omnia non solū que fecit: sed etiā qd facere potest que sunt infinita. Secūdus modus est cognitio sensualis et sensualitatis. ex parte carnis. et iste modus est cognitio p experientiam: quo xps nō sciuit omnia simul. quia sensus non est perceptiuus rez: nisi ad obiecti pntiam. Tercius modus est spūalis: ex parte mentis. et ille triplex fuit. scz p naturam. p gratiam. et p glām. Per naturam igitur est modus tertius cognoscēdi. quo

modo cognoscit christus omnia que spectant ad vniuersi constitutionē. sed lōge excellentius qd adam etiā existens in natura instituta. Quartus modus est per grām. hoc modo cognouit christus oia qd spectant ad humani generis redemptionē: lōge tñ excellentius: qd alijs pphetaz: vlt etiā angeloz. Non enī solum habuit christus sciāz p habitum innatū. vt adam et angeli. sed etiam per habitū infusum: velut sci p grām illuminati. Cognitionem vero non habuit p habitū acquisitū. qui ppter imperfectōnem ipso non fuit. Quintus est per glām. hoc modo cognouit christus omnia. finita qdem cognitione actuali. infinita vero nō nisi cognitione habituali vel excessiua. Anima enim christi p gloriā cōprehensiois. capiebat quātū capere potuit natura finita vnita infinito. Sciendū ergo qd resdupl'r habent cognosci. in arte scz ab ipso artifice vel ab alio arte ptemplante. vtroq; modo cognouit christus res. primo modo p naturam diuinitatis. scōo p glām cōprehensionis. Patent ex pmissis quinque differentie cognitionis qd in christo erant. Per primū enī modū habuit cognitionem. vt deus. Per secūdū vt homo. Per terciū vt viator. Per quartū vt illuminator. Per quintū: vt comprehensor. Christus scōm diuinitatem illuminat intus animā. et fm hūanitatē informat exteriū vitā. Et hoc triplex scz miraculis p'dicatoribus et exēplis. Primū est potentie. secūdū sapie. terciū bonitatis. Nota preterea qd scientia christi hominis limpidissima est inter scientias creatas. qz nihil habet admixtum de suo contrario vel actu vel potentia. presertim cum non possit aliquid ignorare ppter vnionē ad verbū. tñ qz anima christi creata est. nō est scientia eius ita limpida sicut dei: quia sciat omnia que scit deus. Quod dicitur. Iesus proficiebat sapientia et etate coram deo et hominibus non est intelligendum qd in se pfececit. qui ab instanti conceptōnis plenus fuit. sed potius in alijs qd doctrina sua et exemplo pfececit. et hoc coram deo. i. ad dei gloriā. et hominibus. i. ad vtilitatem hominū. Proficiebat tamen iesus etiam in se cognitione experimentalī et seu

Liber quartus

suali. quia dicitur scdm apostolum ex his q̄
passus est obedientiam

De merito christi Caplm xv

Mul fuit christus viator et com-
prehensor ab instanti conceptionis
sue. et tunc enī cepit mereri et frui.
Meruit autē in quāto viator non in quan-
tum comprehensor. Perfectio et plenitudo
meriti christi notatur in istis Primo quā-
tū ad eū qui merebatur. quia non tantum
homo erat: sed etiam deus. Secūdo quā-
tū ad tempus quo merebatur. q̄ ab instanti
conceptionis vsq; ad horam mortis Ter-
cio quā-
tū ad id quod merebatur. q̄ p̄ habi-
tum perfectissime caritatis. et per exercitiū
perfectissimū virtutis. Quarto ad eū: cui
merebatur. quia non tantū sibi: sed etiam
nobis. Omnibus ei operibus suis que p̄-
cedebāt ex libero arbitrio sibi vitā meruit
eternam iaz habitam et nobis habendam
Illis dico operibus que referunt ad nos. cū in mū-
dum venerit p̄pter nos. Quinto quantum
ad id quod merebāt nobis. q̄ veniā grām
et gloriā. Stolam quoq; carnis et aperti-
onem ianue regni celestis Ante incarnati-
onem enī christi diabolus habuit manum
atrabentem. et manum impellentem. At-
trahentem dico potenter in culpam. Impel-
lentem sine obstaculo ad limbū. Sed
christus primaz manū debilitauit suo me-
rito. Secūdam vero penitus amputauit
Igitur in merito christi radicata sūt oīa.
merita nostra siue satisfactoria pene. siue
meritoria vite eterne. q̄ nec ab offensa cre-
atoris digni sumus absolui. nec immēsitaz
tem premij quod deus est: digni sumus af-
sequi nisi per meritum hominis dei Sex-
to quantum ad id quod merebāt sibi. q̄ li-
cet non mereretur glorificationem mentis
quam iam habebat. meruit tamen hoc si-
bi humilitate passionis accelerationem re-
surrectionis. glorificationem sui nominis
dignitatem iudicarie potestatis Sicut a-
it apof. Christus factus est obe. vsq; ad m.
Et sequitur. p̄pter qd̄ et deus exaltauit illū.
quo ad primū. et dedit illi nomen qd̄ est su-
per omne nomen. quo ad secūdum. vt i no-
mine iesu oē genu flectat celestium. terre-
strium et infernoz. quo ad tertium Septi-

mo quantum ad modū quo merebatur. dici-
tur enī aliquis mereri tripliciter. scz de in-
debito faciendo debitū. vel de debito ma-
gis debitū: vel de debito vno modo faciē-
do debitū alio modo. Primis duob; mo-
dis meruit nobis et non sibi q̄ non pote-
rat sibi facere de indebito: debitum. vel de
debito magis debitū. cū a principio fuerit
sanctissimus. nec in sanctitate potuerit p̄-
ficere. Tercio modo sibi meruit: quia bo-
num glorie quod sibi fuit debitū p̄ grām
vniōis fecit sibi debitum. Alio mō scz p̄
meritū bene actionis. Meruit enī sibi vi-
ram eternam iam habitam: sicut nobis ha-
bendam

De voluntate christi Caplm xvi

Voluntas duplex in christo fuit. s.
creata et increata: vt dictum est sup̄
in prio de voluntate ipsius incre-
ata Voluntas christi creata fuit duplex. s.
rationis et sensualitatis. Et voluntas rō-
nis duplex est. scz rōnis. vt ratio est. et ratio-
nis vt natura est. Voluntas rōnis vt ra-
tio est. conformat se in omnibus volun-
tati increate. Sed voluntate rōnis vt na-
tura est: et voluntati sensualitatis aliquid
voluit p̄rium: quod non voluit voluntate
rationis vt ratio est. scz nō mori. Et in hoc
iste voluntates non fuerūt sibi contrarie.
licet volita contraria fuerint. qm̄ scdm vo-
luntatem diuinam christus quod iustum
erat voluit scdm voluntatem rōnis iuste cō-
sensit. sed scdm voluntatem carnis penam
recusauit. Et sic vnaqueq; volūtas qd̄ su-
um erat tenuit scz voluntas diuina iusti-
ciam. voluntas rationis obedientiā. volū-
tas carnis naturam Vñ patet q̄ aliqd̄ vel
le est illicitum rationi. qd̄ non est illicitum
sensualitati Sicut in christo fuit velle nō
mori Quamuis at volūtas non morien-
di fuerit causaliter a sensualitate. fuit tamē
occasionaliter a ratione. q̄ christus sicut
voluit fecit illud horribile venire in ima-
ginationē et estimationē. Quo facto natu-
raliter mortem refugit. hoc at voluit p̄pter
nostrā instructionem. Sic ratio p̄ sensua-
litate aduocauit dicens. Pater si fieri po-
test. transeat a me calix iste. Decretio fuit
tam sensualitatis q̄ rationis. Sed sen-
sualitatis tamē affectantis. Rationis at
b3

Liber quartus

ramque proponit. Et hoc christus fieri voluit ad triplicem instructioem nostram. Prima est ut sciamus non esse peccatum aliquod ex sensualitate velle quod est contrarium voluntati diuine. Secunda est ut martires christi non desperent si mortem horreat. cum illam et filius dei exhorruit. Tercia ut discamus discretere petere scilicet supponendo voluntatem nostram voluntati diuine. et hoc notatur in conditione apposita: si fieri potest. Et ibi Verum tamen non sicut ego volo: sed sicut tu vis pater.

De defectibus quos assumpsit christus. Cap. XVII

Non solum christus assumpsit humanam naturam: sed etiam defectus circa naturam: quos videlicet ipse decuit auertere. Unde cum pene sint exercitatie virtutis perfecte. et testificatiue humane nature non simulate. assumpsit tam penalitates corporales quam spirituales. que respiciunt naturam nostram in communi: sicut famem et sitim in absentia alimentis. tristitiam et timorem in presentia nocentis et horum modi: ut est calor frigus lassitudo. et cetera. Nec tamen omnes defectus corporales assumpsit. sicut sunt defectus egritudinum multiformium. Nec omnes spirituales. sicut sunt peccata. ignorantia. rebellio carnis ad spiritum. Preterea quia nullus innocens debet inuitus penam sustinere. cum hoc est contra ordinem diuine iusticie. Christus sic penalitates suscepit ut tamen pati non possit inuitus. quia passio sua non fuit contra voluntatem diuinitatis nec contra voluntatem sensualitatis et carnis. Dicimus etiam quod christus vere timuit et vere doluit: et vere tristis fuit: prout ista notantur passionem: non solum que significant passionem. Differt autem passio a passione. quoniam tunc affectio. passio dicitur quando ipsa anima sic afficitur quod oculum mentis nequaquam perturbat. Passio vero dicitur quando ita fortis est: quod oculum mentis turbat. et facit a rectitudine vel a dei contemplatione deuiare. et tunc ratio leditur et patitur. Unde differunt ista duo sicut dispositio et habitus.

De passione christi. Cap. XVIII

Circa passionem domini commedamus in opere patientiam insuperabilem

In modo humilitatem admirabilem.

In causa charitatem inestimabilem.

Circa opus notatur. quod christus sustinuit in tactu clauorum asperitatem. In auditu obprobriorum confusionem. In odoratu sputorum feditatem. In gustu aceti et fellis amaritudinem. In oculis lacrimarum effusiones. In corde timorem. De modo patiendi hoc tenendum est: quod christus passus est passionem generali. quia secundum omnia membra corporis. Ita vidimus eum non habentem speciem neque decorem. Item passione acerba. Tamen. Vos omnes qui transi. per viam. et vi. et cetera. Fuit autem passio christi maxima. tum ratione intentionis. propter optimam dispositionem ipsius patientis. tum propter innocentiam eius. tum propter eius honoris excellentiam. Honorabilis enim si confunditur plus leditur. et precipue inter suos. Item grauis fuit eius passio. propter ipsius virtuositatem. quia vilis homo de morte dolere non debet: cum turpitudine sua finem tunc habeat. Item passione ignominiosa. Ita vidimus eum despectum et noniorem. De caetero ignominia attenditur in patibulo crucis. que fuit supplicium pessimum. et in consortio iniquorum scilicet latronum cum quibus erat deputatus. Curat autem christus passione generali infectionem vniuersalem passione acerba libidinem. passione ignominiosa superbie presumptionem. In modo passionis attenditur charitas maxima qua nos liberauit ab inferno. dando veniam qua mundum renouauit: largiendo gratiam qua celum aperuit. conferendo gloriam. Nec tria notantur in titulo crucis. Nam propter primum dicitur Jesus. propter secundum nazarenus. propter tertium: rex iudeorum. Christus sex vicibus sanguinem suum fudit viuus: et semel mortuus. scilicet in circensatione. in oratione. in coronatione et flagellatione. in crucifixione. in lanceatione. Per primum docemur peccata abittere. per secundum mentis angustiam pro salute nostra tenere. per tertium animam nostram virtutibus ornare. per quartum carnem nostram domare. per quintum membra nostra mandatis dei ligare. per sextum vulneratum cor in dei amore habere. Postremo quod iste passiones non attingebant in christo diuinam naturam: sed humanam. Ideo in morte christi

Liber quartus

facta est diuifio animea carne vt tamē sal/
ua eēt vnio taz carnis q̄ anime cū diuini/
tate. Hoc etiam sciendum q̄ christus cuz
passus non fuisset: tamē senio defecisset q̄/
tuz prinebat ad conditionem humane na/
ture in se cōsiderate sine vnione: sed in po/
testate nature vnite fuit: vlt sic defecere vlt n̄

De effectu passiōis christi multiplē
est: sicut patet in his versibus. Pas/
sio debilitat. scz virtutem demonū. Job q̄
si in hamo capiet leuiathan. Spoliāns. s.
infernū. Isa. Uoca nomē eius spolia de/
trabe. Informat. scz p̄ exemplum. Petrus
Christus passus est pro nobis: nobis po/
linquens ex. Unde christus est q̄si liber posi/
tus in pulpito crucis vbi discimus obedi/
entiam. patientiam. humilitatem. charita/
tem. Disce autē specialiter quāliter se habu/
it in capitulo quod sustinebat. Unde ber/
nardus Stetit iesus corā preside inclina/
to capite. vultu placido. sermone raro. vo/
ce submissa. defecis in terram aspectibus
paratus ad opprobria: z ad verbera. p̄mptus
Honorat scz imitatoris suos. Hester Sic
honorabitur quez rex voluerit honorare.
Excitat. s. ad pugna spūalem Macha. O
stenderunt elephantis sanguinem mori /
vt eos acuerit ad bellū Infirmat scz ad di/
ligendum Bernard. Super omnia te mihi
reddidit amabilem bone iesu calix que bibi/
sti opus nostre redemptiōis. Reparat scz
ruinā angelicā. Ipe enī christus est lapis
angularis qui fecit vtraqz vnū. Pacē dat
scz inter deū z hominē inter angelū z hoīez
inter hoīem z hoīez. Ecclesiā. Et in tpe i/
racūdie factus est reconciliatio. Et armat
scz contra mūdū carnem z diabolū. Vñ
signatur per clipeū quem ioseph leuauit cō/
tra Hay. Sanat scz mentis vulnera. Ru/
meri Aspicientes serpentem enē sanabā/
tur. Viuificat scz spūaliter. Ap̄ls. Cum eē
mus mortui: viuificauit nos. Aug. Mor/
tuus est vnicus: ne maneret vnū. Ducit:
scz per mare huius mūdi. Exodi De virga
moysi Dulcorat. Exodi De ligno misso i
aquas marath. Obumbrat Lanti. Sub/
ymbra eius que desiderabā sedi. Adpare
uocat. Isa. Attritus est. p̄pter scelera n̄ra.
Referat scz celum. Isa. Dabis clauē. Da /

uid. i. crucem sup humez etas. Illumiat.
Unde crux est quasi candelabru taberna/
culi. Item Tobias illuminatus est per
sel piscis. Ornat. Vñ dixit scā agnes Et scā
guis eius ornauit genas meas. Christus
in passione sua vicit diabolū que ligauit.
infernū quem spolia uit: mortem quam su/
perauit. mūdū quem contempsit. supplicū
quod pertulit. celū qd aperuit. Passio xpi
tollit septem vicia. Tollit enim superbiaz
capitis inclinatio p̄ quam videbat titulu
crucis fugere. in quo scriptus erat rex inde/
orum Inuidiam brachiorum. extensio q̄si
ad amplectandū. Auariciā multoz croga/
tio que in passione tradidit. Bernard. Dis/
ce christiane quāū debeas diligere xpm.
qui dedit nobis carnem suam in cibū. z scā
guinē in potū. animā in precū. aquā la/
teris in lauacrū. vestē crucifixoribus. cor/
pus discipulis matrē iohanni. Accidiam
festinatō ad passiōē. Irā mollis respōsio
Bulam fellis z aceti potatio. Luxuriā la/
teris apertio. In redemptione nostra fuz
it gratia mir. Filis. Primo ex parte mortui
quia charitas dei vidit: q̄ nec per amicos
nec per precium aliquod poteramus nos
redimere. p̄terea se fratē nostz fecit natu/
raz nostrā assumendo. z p̄ciū dedit sangui/
nem pro nobis fundendo. Psal. Redime
me dñe z miserere mei qz vnicus. i. nō hñs
amicos. z pauper sum ego. scz nō habēs p̄
ciū. Secūdo ex parte redimētis: q̄ cū libe/
rare non posset ex potentia: fecit hoc potē/
er misericordia vt ad amorem nos astrin/
geret: z vt iusticie ipsius satisfaceret. Tercō
ex parte redēpti q̄ opprimebatur criminuz
seruitute: z detinebatur in carcere. Sed cō/
tra primū magnū erat vt filius seruus fie/
ret qz seruus fieret liber. Contra secūduz
magnū fuit vt dñs ad carcerē limbī descē/
deret qz seruus exiret. Quarto ex parte iu/
sticie qz nulla iusticia dictabat vt innocēs
puniretur p̄ reo. Quinto ex parte excellen/
tie diuine. qz mix erat qz impciabile puni/
ebatur sub precio vilis creature. Sexto ex
parte precij dati. Si enī redemisset nos sa/
le: adhuc ad gratias teneremur. Nūc autē
redēit nos aīa. corpore z vita: vt nihil bol/
rum sibi subtraheremus. Circa passiōez
dñi nota septem suauitates. scz capitis in /

¶ Liber quartus

clinacionem ad osculū in signū nostrere/
conciliationis. Brachioꝝ extensione ad
amplexū in signū receptionis ad grām de
peccato redeūtis. Lateris apertione ꝑpter
effusionem ꝑcū nostre redemptionis. cri/
uit enī sanguis ⁊ aqua. Clauoꝝ in mani/
bus ⁊ pedibus infixione ꝑpter memoriā
nostre recordationis. Isa. Si obliuisci po/
test mater infantem. Corporis denudatio
nē in exēplū nostre cōfessionis. q̄ sc̄z debet
ēē nuda. Crucis portationē in exemplum
nostre imitationis. Corone spinee impo/
sitionē in figurā nostre glorificationis.
De effectu passionis dñi augustin⁹ ait. ꝑz
redemptoris nostri morteꝝ de tenebris ad
lucem. de morte ad vitam. de corruptōe ad
in corruptōnē. de exilio ad patriā. de luctu
ad gaudium de terris ad celeste regnū vo/
cati sum⁹. Itē d̄t aug⁹. q̄ x̄ps fuit sacerdos: ꝑ
quē recōciliati sum⁹. fuit sacrificiū: ꝑ qd̄ re/
cōciliati sum⁹. fuit tēplū in q̄ recōciliati su/
m⁹. fuit d̄s: cui recōciliati sum⁹. X̄pus fuit
mediator ꝑpli iudaiꝝ ⁊ gentilis. ⁊ fm̄ h̄ d̄r
lapis angularis. Itē hoĩz ⁊ angeloꝝ. ⁊ fm̄ h̄ d̄r
hoc dicit pacificus. Itē dei ⁊ hoĩm fm̄ h̄ d̄r
redēptor. Bern⁹. Quid vltra debuit fa/
cere et non fecit. absoluit vincitū. illumina/
uit cecū. reduxit erroneū. reconciliauit reū
Itē Augustinus. Ecce pro impio pietas
flagellatur. ꝑ stulto sapiens illuditur. pro
mendace veritas necatur. iusticia pro iniq̄
dāna. mīa afficitur ꝑ crudeli. ꝑ misero re/
pletur sinceritas aceto. inebriat felle dul/
cedo. moritur vita ꝑ mortuo. Christus ꝑ
ter nostrā infirmitatem medicinas ip̄e acce/
pit. Curauit enī per dietā qñ ieiunauit q̄
draginta diebus. Per sudorē qñ factus ē
sudor eius: sicut gutte sanguinis. Per mī/
nutionē qñ clavis ⁊ lancea: vulneratus ē
Per potionem qñ gustauit aceruz cū felle
mixtum. Per emplastrū qñ facies eius est
sp̄ntis polluta. Per electuariū: qñ corpus
⁊ sanguinem suū dedit in cena discipulis
suis. De cruce christi Ep̄lm̄ XX.

In cruce dñi nota hec. Suppliciū
i q̄ nullū mal⁹. Tren⁹. O vos oēs ⁊
Nullū dico mal⁹: ex eo q̄ passus ē
ip̄e iust⁹ ab iniustis ꝑ iniustū: cū iniustis ex
causis iniustis. sub iniustis iudicibus ⁊
iustis penis. O ꝑprobrium quo nullū vili

us Sapie. Morde turpissima condemne/
mus eū. Preciū quo nullum conuenienti/
us. qz sicut per lignum vēit culpa: sic ꝑ lig/
nū redemptio. Mysterium quo nullū ꝑ/
fundi⁹. Ep̄be. Ut possitis comprehendere
cū omnibus sanctis. quod exponit au/
gustinus de cruce Exemplū: quo nullum
perfectius. i. Petri Christus passus est ꝑ
nobis ⁊c. Crux multis rebus comparat.
Ipsa enī est clavis celi. Uectis arche. nau/
is maris. Arbor danielis. Palma fructu/
um salomōis. Baculus iacob: quo iorda/
nem transiuit. Speculū imitationis sca/
la ascensionis. Hamus quo leuiathan ca/
pitur. Torcular quo christi sanguis expri/
mitur. Lybana qua demō saulis compes/
citur. Falus in quo serpens eneus suspen/
ditur. Thau quo frontes fidelium signan/
tur. Eandelabꝝ quo tabernaculum illūia/
tur. Lignū aquas marath dulcorās. Vir/
ga moyli per mare rubꝝ dei populum du/
cens. Gladius ip̄m goliath decapitans.
Uexillū ad pugnā spirituale colligēs. Ka/
thedra discipulꝝ x̄pi erudies. Equ⁹ d̄i amī/
cos d̄i hōrās. Elipe⁹ iosue bay impugnā/
Liber misteria profunda continens. Ab/
tare oblationem acceptissimam accipiens
Septem verba christus in cruce protulit
Primū: pater ignosce illis ⁊c. Secūdū. ho/
die mecū eris in paradiso. Terciū: mulier
ecce filius tuus. Quartū: sitio. Quintum
Bely bely lamazabatani. Sextum. ꝑi/
man⁹ tuas comēdo sp̄i. m. Septimū. ꝑlū/
matū ē. Per ꝑmū docemur iniurias dimit/
tere. ꝑ sc̄z petēs exaudiri. ꝑ terciū: parētē
hōrare. Per quartum: salutem nostraz de/
siderare. Per quintū in necessitatibus ad/
deū clamare. Per sextum auxiliū nostrum
in deū ponere. Per septimū sine debito vi/
tam nostrā consummare. Quatuor brachia
cruce signant quatuor virtutes quibus
extendi debet homo noster interior. Sig/
nificat enī pars superior cbaritatem. In/
ferior humilitatem. A dextris significat
obedientiam. A sinistris patientiam. Itē
in quatuor brachijs crucis notantur q̄/
tuor beneficia crucis. Signat enim
pars superior ianue celestis apertionem.
Inferior. inferni destructionem. A dextris
gratie collationem. A sinistris peccatorū

Liber quartus

remissionem Quattuor ligna fuerunt in cruce: sicut dicit magister in historia Pes nā; q; crucis fuit de cedro. Stips de cipresso Transuersale de palma. tabula de oliua. Signat autē cedrus altitudinem contem plationis. cipressus famā bone operatiois Palma fretū iusticie Oliua lenitatem mie.

De descensu christi ad inferos. La. xxi

Alima christi post mortem descēdit ad infernū siue ad limbū ad liberationem eoz que membra xp̄i existentes: de hoc seculo exierunt. Diabolu enim duz manus in eū extendit in quo nihil iuris habebat merito amisit in alijs potestatem. Alia causa: quare christus descēdit ad inferos est: vt tantus eēt descensus: quantum erat liberandoz casus. Prim⁹ enim homo sic in statera liberi arbitriū erat positus: vt posset ad vitam ascendere: vel ad mortem descendere put vellet. S; peccato peracto sic brachiū altez statere p o/nus culpe depressum est: vt esset in imo inferni. altez vero in summo celi: nō autē ascēderet brachiū depressum: nisi descenderet aliud brachiū. Descēdit ergo dñs ad infernū: vt hoīem captiuum eleuaret vsq; ad celū. Tercia ratio quare christus descēdit ad infernū: scz vt sicut viuus: fuerat lumen per pñtiā mundi corporalem: sic mortuus eēt lumen inferni p diuinitatis maiestatem. Quarta ratio est: vt idem christ⁹ hoc exequeret p efficientiam: qd passione sua amarissima meruerat scdm sufficientiam. Duo autē meruit per suam passionem scz satisfactionem et ianue apertionē. et ido hec duo efficit in descensu suo ad inferos Quia per satisfactionē soluta sunt vincla captiuitatis. p apertionē ianue facta ē illustratio ipsius carceris etiam fm lucē exteriorē. Liberauit autē xp̄s omnes illos qui meriti sui capaces esse poterant. sicut fuerunt sancti patres qui non ppter reatum persone sed tantum ppter reatum nature detinebantur Dammati autē huius meriti capaces non sunt. nec paruuli in limbo. qz de corpore christi non sunt per fidem: vl p fidei sacramentū Dicendū etiam q; aīa xp̄i p tridū mortis sue cum sanctis patribus in limbo fuit. Ibidem fuit et latro: cui dominus dixit. Hodie mecum eris in paradiso.

Et nomine paradisi vocatur ibi diuinitio. q; peracta passione tam ipse latro q; alij q; erāt in limbo viderūt deū p cēntiam.

Ad quem infernum christus descendit si scire volueris notādū est: q; nomen inferni sumitur dupliciter. scz p pena. et p loco pene. Scd; primū modū dicitur q; demones sp̄ infernū secū portant. Item put infernus pzo loco pene sumitur: sic infern⁹ quadrupliciter distinguitur. Unus est infernus damnatoz in quo est pena sensus et damni. ac tenebre interiores et exteriores. i. absentia gratie. Supra istū est limbus pueroz vbi est pena damni et non sensus. Et sunt ibi tenebre interiores et exteriores. Supra hunc locū est purgatorium in quo est pena sensus et damni ad tepus. et sunt ibi tenebre exteriores et non interiores. qz gratiam habent. Supremus locus inter hec est limbus sanctoz patruz vbi fuit pena damni et non sensus. Et fuerunt ibi tenebre exteriores: sed non priuationis gratie. Ad hunc locū christus descendit: ac suos inde liberauit. et sic infernus momordit: qz partem abstulit: et partem reliquit. Mortem vero quo ad electos penitus destruxit. sicut dicitur i osee. Mortis ero mors tua. Sic quoq; locus sin⁹ abrahe dicebatur: qz abrahā ibi fuit. sed nūc celum empirreum est sinus abrahe. qz ibi tā est abrahā. A nullo predictoz locozum est transit⁹ ad altum: nisi a tercio ad quartum. hoc est de purgatorio ad limbum secūrum patz. Ex iam dictis patet: quare cantamus Libera animas omnium fideliz defunctorz de manu inferni et de pñdo lacu. qz ibi infernus sumitur p purgatorio: sicut et ibi sumitur p limbo quādo xp̄s dicitur ad inferos descendisse vel infernū destruxisse. Ex predictis collige: q; christ⁹ mortuus est in corpore: descendit ad inferos i aīa. et resurrexit in vitro. Dicendū etiā q; in illo triduo xp̄s totus fuit in sepulcro: sed non totum. et totus fuit in inferno sed non totū. quia tot⁹ dicit personam. totum vero naturam. Similiter dicendū: q; cū vnio anime cū corpore faciat hominē christus in illo triduo non fuit homo. licz aīa et caro vnita tunc eēt cū verbo et

De resurrectione christi Caplm xxi.

Libri quartus

Christus tertia die resurrexit a mortuis resumendo corpus non tale quale prius habuit: sed impassibile et immortale. Caro enim christi que in natiuitate floruit et in passione decidit per gloriosam resurrectionem reseruit. Tunc renouata est ut aquile iuuentus christi. Tunc leo summum catulū suscitauit. tunc fenice reuixit. tunc sicut legitur in iere. Figulus ex eodē lutovasis fracti fecit aliud vas sicut placuit in oculis eius etc. Tūc ionas de ventre ceti illesus exiit. tunc uestitum est candelabrum auro: tunc sustentatum est tabernaculum dauid quod cecidit. Tūc resuscitatus est sol qui prius erat in nubilo: tunc uiuificatum est granum frumenti. quod cades in terra: mortuum fuerat. tūc ceru? resumpsit cornua tūc sampson tulit portas cum postibus. tūc ioseph eductus de carcere traditur et constituitur dominus egypti: tūc conscius factus circum datur leticia. Dominus probauit resurrectionem suam uerā esse per angelos quod non mentiuntur. Mathei. Rūdens angelus dixit mulieribus. Idē probauit per inimicos quorum ualidissimū est testimonium. Mathei. Et quidam de custodibus reuersi etc. Probauit eam non arte magica factam: et hoc per comestionem. Probauit eam non esse fantastici corporis: et hoc per tactum. Probauit eam in eodē corpore factam quo passus est: et hoc per orisionem cicatricum. Probauit eum fuisse in corpore glorificato unito diuinitati. et hoc per ingressum in domum ianuis clausis. Probauit etiam dominus resurrectionem suam multis apparitionibus. Apparuit enim ipsa die resurrectionis quinquies scilicet marie magdalenae. Joban. xx. Mulieribus Mathei vlti. Petro. sed non inuenitur modus. Luce in fine euntibus. Luce in fine discipulis ianuis clausis quoniam thomas non fuit cum eis Joban. xx. Itē apparuit inter resurrectionem et ascensionem quinquies thome cum aliis. Joban. xx. Ad mare tyberiadis. Joban. xx. In monte thabor. Mathei. vlt. In hierusalem quoniam comedit cum discipulis. Luce: et mathei. in fine. In monte oliueti quoniam ascendit. Luce in fine. et Actuum primo. Multis de causis surrexit dominus. scilicet ut scripturas impleret. quando enim dixit dominus. Ecce ascendumus etc. Subiungit Et tertia die resur-

get. Ut nos ad resurgendum spiritualiter probocaret. quod turpe est ut sedeat seruus: quoniam coram eo surgit dominus. Ut futuram resurrectionem in se probaret. Ut potentiam sue diuinitatis ostenderet. quod mortuos uiuificare non est opus nature: sed potentie diuine. non est ei regressus a priuatione ad habitum. Ut nos ad continentium terrena per adipiscenda tali gloria animaret. Resurrexit christus uelociter. quod tertia die. nam sicut ianuis clausis ad discipulos intrauit. et sicut salua uirginitate de utero matris natus exiit: sic ex mortuum nec petra in qua iacuit nec militum custodia potuit retinere. Integraliter: quod in corpore et anima. Socialiter: quod multa corpora sanctorum quod doctor. Eternaliter. Apoc. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Similiter surgendum est nobis spiritualiter sicut et eisdem modis resurgemus in die iudicij corporaliter. Resurrectio christi est causa et figura nostre resurrectionis spiritualis. Causa est dico motiua: et hoc dupliciter. quod causa motiua est in comparatione nostri. dum enim consideramus gloriam resurrectionis christi mouemur ad resurgendum in nouitate uite. Itē causa motiua est in consideratione dei patris. quoniam pater datus resurrectionem filio mouetur ad dandum eandem gloriam fratribus suis. sicut rex quoniam facit filium suum militem: mouetur a morte filii: ut multos faciat secum milites etc. Figura uero fuit. quod sicut christus resurrexit in nouitate uite: ita et nos in nouitate uite ambulemus. Itē sicut die resurrectionis christi pcedit dies mortis in parasceue: et dies quietis in sabbato sequenti: ita nostram gloriam resurrectionem pcedat in nobis mortificatio uiciozum et quies contemplationis eternorum. Nota quod sicut duplex est mors. scilicet anime per culpam: et corporis per extinctionem: ita duplex est resurrectio. scilicet anime per gratiam et corporis per gloriam. Et sicut mors anime causabit mortem corporis: sicut habet deus. ita e converso resurrectio anime causabit resurrectionem corporis gloriosam. Sciedum quod quidam suscitatur fictus: sicut samuel. qui licet uere sauli apparuerit: tamen non fuit uere resurrectus: ut quidam dicunt. Quidam impfecte: sicut lazarus. itē mortuus. Quidam perfecte: sicut christus spiritus. Et prima resurrectio signi puerionem siue pueriaz pprocritaz. Secunda puerionem recidiuatum. tertia puerionem pseueratum

Liber quartus

De ascensione domini

Capitulum XXIII

Differentia est inter ascensiones, assumptionem et euolationem. Quoniam ascensio pertinet ad christum assumptio ad beatam virginem, sed euolatio ad alios sanctos. Ratio huius est quoniam ascensio fit propria virtute ascendente. Assumptio autem virtute christi assumptis qua filius specialiter obsequitur matri. Euolatio autem fit misterio angelorum. Alia est differentia quod locus euolatio est distinctio chororum. Locutus autem assumptae virginis est super choros angelorum. Locus vero christi ascendente est ultra locum beate virginis assumptae. Circa christi ascensionem sunt octo consideranda, que circumstant ascensionem: et colliguntur in officio de ascensione. Primus est: videntibus illi, id est discipulis eleuatus est, ut scilicet desiderium veniendi ad ipsum excitaret in eis. Secundum est: quod nubes suscepit eum ab oculis eorum. Per umbram nubis signat quod in hoc mortali corpore iesu in alto videre non possumus. Tertium: quod eleuatis manibus se/rebatur in celum. Eleuauit autem manus propter duo, scilicet ut suos patris offerret, et ut inimicos manu altere retracta pcuteret. Quartus est: quod beatus dixit eis ut eos contra hostem muniret, et bonis celestibus augetet. Quintus est: quod ascendit in tubilatione, quod refertur ad voces iocunditatis redemptorum ascendenti cum eo, quod prius voce lacrimabili clamauerunt in portis inferni, aduenisti desiderabilis: quem expectabamus in tenebris. Sextus est: quod ascendit in voce tube, et hoc refertur ad sonum et predicationis apostolorum, quod sonus fuit eius tunc iniunctus dicente domino. Eritis in mundum vni, et per euam, omnia crea. Ex tunc in omnibus terris exiit sonus eorum. Septimum est: quod ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, id est captiuos in captiuitate inferni, quos secum victor eduxit. Octauum est: quod dedit dona hominibus, quod omnia bona nostra desuper sunt, quod christus ascendit. Horum prima duo habentur ex epistola, sed tertia et quarta ex fine euangelii, luce. Item quintum et sextum ex psalmo. Item septimum et octauum ex psalmo. Ascendit christus regressus ad celum multipliciter, scilicet tamquam bonus obediens completa obedientia quod ad patrem tamquam bonus mediator facta pax et con-

cordia ad homines tamquam strenuus propugnator contra demones. Ascendit christus pluribus de causis. Ad quietendum scilicet post laborem quo fatigatus fuit, xxxiii. annis nobis seruans. Ad intercedendum pro amicis pro quibus utiliter laborauit. Bernardus. Secundo accessum habes o homo ad deum ubi habes filium mediatorem: et matrem interuentricem. Filius ostendit patri latus et vulnera mater ostendit filio pectus et vbera. Ibi nulla potest esse repulsa: ubi tot concurrunt amoris insignia. Christus ergo optimus aduocatus est: quod tot habet linguasloquentes pro nobis quot vulnera suscepit. Ad conquerendum de inimicis pro quibus vires suas inutiliter expendit. Isaie. Inuaculum laboraui. Item ascendit ut nobis locum prepararet Joba. Vado parare vobis locum: ut fiduciam nobis sperandi hoc ipsum tribueret: ut in corporales possessionem hereditatis eterne nos mitteret. Iohannis. Si enim non abiero: pacitus non veniet ad vos, si autem redierit: desiderium nostrum pro se traheret. Lanti. Trahem te post te. Ut viam nobis ad celum ostenderet, quod sicut dicit lucas. Eduxit dominus primo discipulos suos extra ciuitatem in bethaniam, ut ipsa educatione cognoscerent hic se non habere manentem ciuitatem, quod autem in bethaniam eduxit eos primo quod interpretatur dominus obedientie: signat quod pro opera obedientie transiret ad celestia. Post hoc fecit eos transire in montem oliuaz: ut per montem intelligatur eminentia spiritus in contemplatione. Per oliuas autem pinguisissimi pectoris deuotio. Alterius vero post ista non restat nisi saltus anime in celum. Exaltatus fuit christus tripliciter, scilicet in terra per vite meritum, super terram per crucis suspendium super celos per ascensionis iubilum. Ascensio christi fuit angelis mirabilis. Isaie. Quis est iste qui venit de Edoe. Demones terribilis Regum. Non fuit tamen gaudium heri et nudius tertius ve nobis. Dec sunt verba philistinorum, per quos signantur demones quando vociferati sunt filii israhel dum adducerent archam federis de sylo in castra, ut per eam haberent adiutorium diuinum in prelio. Dominibus salubris sicut supra pater: ex multiplici fructu ascensionis. Ascendit christus multi-

¶ Liber quartus

placiter scz patenter. qz videntibus illis e/
levatus est zc Potenter. qz eleuatis mani/
bus ferebatur. Gaudenter qz in iubilatōe
ascendit. Decenter qz cū duabus turmis
regrediebatur. hominū scz z angelorum.
Non autē dico qz ibi fuerit angeli in adiu/
torizū necessitatis: sed in obsequium digui/
tatis Domines quoqz illos dico quos de
infer is liberavit. z q post resurrectionē vs/
qz ad ascensionē mortui sūt de numero sal/
uandoz. nec purgatorio vltius indigen/
tes. Item clementer qz bñdixit eis. Chri/
stus non statim post resurrectionē ascēdit
triplici ratione. Prima est: qz differēda fu/
it ascensio vt multipliciter pbaretur resur/
rectio: vt dicitur i actibus apostolorz. In
mltis argumentis per dies quadraginta
apparens eis. Secūda est: vt patientiā no/
strā informaret. quam mercedē debemus
equanimiter expectare. Sicut agricola
non statim post seminationē metit. sed frd/
ctuum maturitatem expectat. Tercia pp/
ter discipuloz consolationē. Vñ dicit glo/
sa Actū. i. sicut q̄tuor fuerūt hore mori:
ita q̄tuor diebus cū eis cōuersatus est p/
resurrectionē. qz consolatiō diuina excedit
tristitiam humanā. Nota qz christo cōues/
nit descendere tantūmodo de celo scōz na/
turam diuinam. qz deus illic venire dicit
vbi speciali effectu apparet. Sed ascende/
re conuenit ei pprie scōm naturā humanā
qz scōm illā solummodo mutat locū z nō
scōm naturam diuinam

De consensu christi ad dexteram p̄ris
Capitulum XXIII

Scedēs christ⁹ in celū: sedet ad dex/
terā dei p̄ris oīpotentis. Duo in
telliguntur p dexteraz. Primū est
equalitas maiestatis ad quam christus se/
det scōm diuinitatē. de hac dextera ad he/
breos. Talem habemus pontificē q̄ cōse/
dit in dextera maiestatis in excelsis. Secū/
do intelligunt per dexteram potiora bona
gle in quibus deus sedet scōm humanita/
tem. qm̄ collatū est ei a deo quicqd cōferri
potuit. Et licet ab instanti conceptionis
christus acceperit bona gratie z gle in aīa.
eadē tñ bona fuerūt in ascensione manife/
stata. z in loci congruentia completa. De
hac dextera dicitur secūdo ad Colossē. ij.

Que sursum sunt querite vbi christus est
in dextera vbi dicit glosa. qz sursum vbi se/
det christus sunt potiora bona gratie z gle
Dicimus ergo qz ascensio christi fuit tam
ad locū qz ad dignitatem. In q̄tū quidem
fuit ad locū: sic ascendit super oēs celos. i.
vsqz ad dignissimū locū celi empiree. siue
ad altissimam eius partem. eo qz nobilis/
simo christi corpori congruit talis locus.
Nō est tñ dicendū qz corpus christi sit ob/
ligatū ad illum locum. s; quia ille locus
fuit ei scōm congruentiam deputatus. In
q̄tū autē ascensio fuit ad dignitatem: sic se/
det ad dexterā patris. non tamē quo ad si/
tum q̄ p̄ri non p̄petit. sed quoad excellenti/
am duplicem sicut dictum est. quia per dex/
teram intelligitur vel equalitas maiestatis
que cōpetit christo fm̄ diuinitatem. vel p/
fectio p̄mū: que sibi cōpetit fm̄ huma/
nitatem. P̄tereundū quoqz non est qz cre/
dimus christum ad dexteram patris sedē/
tem. stephanus autē vidit eū a dextris dei stā/
tem. qz nos credimus eū regnantem z hel/
centez: que notantur in sessione. sed stepha/
nus in tribulatione positus habuit ppug/
natorem z susceptorem. vnde vidit eū stan/
tem. Verito christ⁹ dicitur sedere ad dex/
teram patris: sedere quidem: qz laborauit.
In laboribus fui a iuuentute mea zc. Ad
dexterā autē. quia diu fuit in sinistra aduer/
sarius. Psal. Afflictus sum: z humiliatus
sum nimis. Dei vero dicitur. qz post abie/
ctionem merito sequi debet gloria. Unde
Qui se humiliauerit: exaltabitur zc

Explicit liber quartus

Incipit prologus quinti libri

Quemadmodū deus de celis non
descendit per cēntiam suam incō/
mutabilem: sed per influentiaz ab
iplo manantem. Ita nec spūs rationalis
eleuatur supra se per situm localem. sed p/
habitus deiformem. Unde necesse est spūi
rationali si debet cē dignus eterne beatitu/
dinis: qz particeps fiat influentie spūalis

Explicit prologus